In feſto Paſchali, Epiſtola, 1. Corinth. 5, 6——8.

D. Paulus hoc loco Corinthios ſuos partim:

- 1. Arguit de *Officij ſui neglectu in puniendis malis, Argumento à periculoſo, per ſchema Communicationis*, v. 6.
- 2. Docet, quidnam ipſis faciendum ſit: videl.
  - 1. *Vetus fermentum expurgandum*, v. 7. (*ſcandala è medio tollenda*) *additur*,
    - 1. *Finis: Ut ſitis nova conſperſio*, v. 7.
    - 2. Προκατάληψις. *Tacitæ namq; Objectioni (quâ tali expurgatione haud opus eſſe aliquis exiſtimare poſſet, à ſupervacuo, quod jam ante ſanguine Chriſti abluti ſimus) occurrit Apoſtolus* κατὰ τὸ βίαιον *ſeu per Inverſionem, ideò oſtendens minimè infermentatos decere tolerare fermentum, cum Chriſtus Paſcha noſtrum pro nobis immolatus ſit*, v. 7.
  - 2. *Feſtum celebrandum*, v. 8. *Ne quis autem Modi Ignorantiam prætendat*, τὸ πῶς *oſtendit*
    - 1. Κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ μή,
      - 1. Μεταφορικῶς· *Feſtum celebremus, non in fermento Veteri*, v. 8.
      - 2. Ἐκθετικῶς· *Non in fermento malitiæ & verſutiæ, ibid.*
    - 2. Κατὰ θέσιν τοῦ τί· *Sed in panibus fermento carentibus, hoc eſt, ſinceritate & veritate*, v. 8.

In feſto Pentecoſtes lectio veſpertina ex Act. cap. 2, 1—13.

Sacra iſthæc Lectio, de Miſſione Spiritus ſancti agit tùm:

- 1. Præſtitâ:
  - 1. Quando? *Quum compleretur dies Pentecoſtes*, v. 1.
  - 2. Ubi? *Hieroſolymis, in Domus cœnaculo, ſeu ſuperiore ædium parte, ubi convenerant Apoſtoli*, v. 1. 2. 5. *Vide etiam Actor. 1, 1. 12. 13.*
  - 3. Quomodo? *Mediantibus Vento & Igne.* Expedatur S. S.
    - 1. Organon ſive Medium quo venit ——
      - 1. Ἀκουστὸν· *ſonitus repentè de cœlo factus, & totam replens, &c.* v. 2.
      - 2. Ὁρατὸν· *Diſpertita lingua ignea*, v. 3.
    - 2. Factum: *ſeſſio ſuper ſingulos Eorum*, v. 3.
  - 4. Quibus? *Diſcipulis Chriſti, Apoſtolis XII. (Actor. 1, 13. 15. 27.) Unanimiter congregatis*, v. 1. *Hi omnes Spiritu S. repleti* ————
    - 1. *Dicuntur*, v. 4.
    - 2. *Probantur, ſigno loquelæ novæ. Cœperunt enim loqui aliis linguis, prout Spiritus ille debeat eloqui*, v. 4.
- 2. Divulgatâ. *Annotantur autem* Τὰ
  - 1. Πρόσωπα *ſive Perſonæ, ad quas rumor iſte pervenit: Iudæi ex omni natione earum quæ ſub cœlo ſunt, commorantes Hieroſolymis, qui ab* εὐλαβείᾳ *commendantur*, v. 5. (**waren Eifferer Gottes**: *ſed non ſecundum ſcientiam, Rom. 10, 2. 3.*)
  - 2. Ἐπόμενα (**was drauff vnd draus erfolgt**) *Multitudinis nim.*
    - 1. Conventus, v. 6.
    - 2. Confuſio *Hujus*
      - 1. *Cauſa* προκαταρκτικὴ *quod audiret, &c.* v. 6.
      - 2. *Effectus, in quibusdam*
        - 1. Laudabilis: *mutua diſquiſitio de Rei illius miraculosè geſtæ*
          - 1. *Novitate: quod ſinguli (Parthi & Medi &c:) ſua nativa lingua Galilæos illos exoticos loqui audirent*, v. 7—11.
          - 2. *Eventu*, v. 12.
        - 2. Vituperabilis, *ſarcaſtica irriſio*, v. 13.

F I N I S.

Gloria in excelſis DEO. Amen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id375805311/61 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG